

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula IIX. Quorum unum potest esse sine altero illa non sunt idem

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

*Phœg.* Potest hinc etiam probari, quod etiam si essentia divina & pater ( eademque est ratio aliarum personarum ) re ipsa idem sint, non tamen simpliciter idem sint, quia scilicet diversa habent prædicata: prædicatur enim aliquid de essentia, quod non prædicatur de patre. Essentia enim est communis omnibus tribus personis, sed pater non est aliquid commune tribus personis, cum Pater, Filius & Spiritus Sanctus divina quidem essentia & Deus sint, sed Filius & Spiritus Sanctus non sunt Pater.

II. Complectitur hæc Regula sub se præcedentem & plures alias, quas Aristoteles cit. *Cap. I. Lib. VII. Top.* proponit, quales sunt: *Quæ sunt eadem, sunt in eodem prædicamentò, habent idem genus, habent eandem differentias. Quorum unum recipit intensionem, alterum non recipit, aut si utrumque recipiat quidem, sed non necessario eodem tempore, illa non sunt eadem.* Ut amor non est idem, quod cupiditas congregandi, licet enim utrumque recipiat intensionem, fit tamen, ut quis amet, nec tamen magis cupiat congregari.

## REGULA IIX.

*Quorum unum potest esse sine altero, illa non sunt idem.*

Ut: non sunt idem formaliter continens & temperans, quia potest esse continens, ut non sit temperans.

pe.

perans,  
colligi p  
altero es  
sine gene  
citer ide  
tatis una  
tamen i  
se realite

Quorum  
qu

I. N  
ti, quor  
qua dist  
idem, (c  
liter dis

II. R  
Relatio  
nùs tan  
est. A  
nitate,  
pore so  
quia m

III. l  
latione  
cum p  
trinsec



perans. Non est *ἀντιστοιχόν*: non enim ex eo colligi potest, aliqua esse idem, quod unum sine altero esse possit. Nam species non potest esse sine genere, neque tamen genus & species simpliciter idem sunt. Sic trium personarum divinitatis una non potest esse sine altera, simpliciter, tamen idem non sunt, sed potius differunt inter se realiter, licet idem sint in essentia.

## REGULA IX.

*Quorum unum sine altero esse potest, vel qua se juncta esse possunt, illa distinguuntur realiter.*

I. Non est eadem hæc Regula cum præcedenti, quoniam non est idem, idem esse aliqua, & aliqua distinguuntur realiter. Genus & species non sunt idem, (formaliter & simpliciter) nec tamen realiter differunt. Vide quæ Reg. III. §. I. diximus.

II. Inquis: Fundamentum Relationis & ipsa Relatio non distinguuntur realiter; nihilominus tamen fundamentum sine Relatione esse potest. Annon enim homo potest esse sine paternitate, seu ut non sit pater, tùm, quia longe tempore solet esse homo, antequàm fiat pater, tùm, quia mortuo filio non manet pater?

III. Ut hoc dubium tollatur, notandum, Relationem importate formaliter aliquid intrinsecum partim, partim extrinsecum subjecto. Intrinsecum est ipsum fundamentum. Extrinsecum

Eff 5

cum